Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8158
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



C. 14. de officiis et dignitatibus atque magisteriis nati.

Huius rei Mercurius pro statu suo signator quia orientalis in salutari martis radiacione in angulo occidentis fecit propter docti sermonis ornatum: assidue legationis officio fungi: atque eum facit qui omnia negociacionis officia facili racione pertractet accipiens et dans ac exhibens facile commertium. Et talis qui in omni negociacione erit solicitus & qui substancie facultates suis viribus colligat. promittit denique Mars dnia & altum gradum Et utilitatem a rebus principum & indubie magnum spondet principatum quod mercuriali radio in cuspide 10me domus plurimum fortificatur & hic in se maximum vigorem recipit: Ideo magnum oratorem celebremque perficit